2112

BIBLIOTHÈQUE
du Doct.r BROCA
2me Série.
N.o 471

RUE GUÉNÉGAUD, Nº 17,
Près le Pont-Neuf.

THÉVENY, MARSILLE & Cie

RELIEURS.

Paris, le 5 Juillet 1893.

Livré à M Broca

1	Tibulae Carminum.		
	Imp. J. Cuzy Npx.	9	"



TABULAE

TABULAE
CRANIORUM.

TABULAE CRANIORUM DIVERSARUM NATIONUM.

BIBLIOTHÈQUE DE L'INSTITUT DE PARIS

DELINEAVIT ET DESCRIPSIT

GERARDUS SANDIFORT.

2112

Prof. Aug. Broca
1925

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXXXVIII.



PRAEFATIO.

Inter multa praeparata corporis humani fabricam illustrantia, tam in sano quam in morboso statu, etiam de insigni collectione Craniorum diversarum Nationum, quâ Anthropologia quam maxime illustratur, nostra Academia merito gloriatur. Ut haec nostri thesauri anatomici pars publico usui magis magisque inservire posset, opus non omnino inutile me facturum judicavi, si delineationes praecipuorum illorum Craniorum divulgarem, ut qualis inter diversarum Nationum crania obtineat differentia ad oculum demonstretur, atque descriptiones, etiam exactissimae vix absque delineationibus rite intelligi valeant; hanc nimirum Historiae Naturalis partem nostro tempore tot Viri Clarissimi pertractarunt, imo et pertractant quotidie.

Blumenbachius V. Cl. quidem ante plures annos ex splendidissimâ suâ collectione ingentem numerum craniorum diversarum Nationum delineavit, tali vero ratione, ut licet magnam laudem mereantur, tamen hisce diebus vix ab omni parte scopo satisfacere mihi videantur. Multa nimirum crania ab uno tantum latere spectantur, et plurima ita sunt exhibita, ut latus et facies cranii simul conspiciantur, unde nimirum, quum neque una, neque altera facies in integro conspiciatur, vix quisquam sibi sufficientem ideam totius cranii, singularum partium, atque diversarum dimensionum formare potest.

Summâ curâ ergo delineavi crania ab anteriore ejus parte, atque a latere sinistro tali modo, ut se in situ naturali revera offerunt respectu trunci erecti, atque omnes dimensiones conceptaculi cerebri, nec non faciei tam ab anteriore parte, quam a latere examinari valeant, dum dexterrimus Chalcographus D. Veelwaard, Amstelodamensis, non minori curâ eas delineationes in aes incidit. Duplici tali delineatione, nisi fallor, omnia, quae scitu necessaria sunt, satis clare exhibentur, quum magnitudinem naturalem offerunt, quod

certe

certe omnino est praeferendum. Forte desiderarent nonnulli etiam expositionem verticis et basis cranii, quarum haec certe etiam magnae utilitatis esset habenda, sed quas omittere debui, ne pretium nimis augeretur.

Brevem addidi descriptionem totius cranii, atque diversarum partium, quae maxime mihi videbantur attentionem mereri, uti v. gr. orbitarum, quarum figura atque capacitas in diversis nationibus tantopere differre videntur, unde situs oculi, et quae inde dependent certe in aliis aliisque diversa esse debent; aperturae narium; maxillae superioris et inferioris; situs meatus auditorii, et sic porro. Dein superaddidi dimensiones diversarum partium, atque magnitudinem capacitatis conceptaculi cerebri, juxta methodum a F. Tiedemanno V. Cl. (*) adhibitam.

Ut vero series, quantum fieri potest, completa foret, non solum mihi proposui delineare et describere crania, quae in Museo Anatomico asservantur, verum etiam nonnulla, quae in hoc desiderantur, atque alibi prostant, adjicere constitui. Paucas simul edere delineationes non incongruum judicavi, ut omnes, qui in hoc studium incumbunt, eo facilius eas sibi comparare possent; et quum in edendo certum ordinem sequi mihi non consultum videbatur, dum diversi Auctores diversam divisionem Nationum sibi eligunt, curavi tamen, ut singuli, quibus id volupe est, suo ordine eas in ordinem redigere possent.

Si hoc opus non plane inutile judicatur, atque aliquid conferre valet ad studium Anthropologiae augendum atque perficiendum, erit quod mihi gratuler, atque subinde plures delineationes his superaddere in animo est.

Scripsi mense Junii
CIↃIↃCCCXXXVIII.

(*) *Das Hirn des Negers mit dem des Europäers und Orang-Outangs verglichen.* Heidelberg 1837. 4°. mit Kupf. S. 21.

CRANIUM FOEMINAE GROENLANDICAE.

Cranium foeminae, 50 circiter annorum, ex genuina familia Groenlandica (*), quae nunquam cum alia natione fuit mixta, a M. Vahl, V. Cl. ad S. J. Brugmans, V. Cl. transmissum, formae est oblongae quadrangularis, in toto circuitu margines angulosque monstrans acutos. Conceptaculi cerebri forma est ovalis, et cum faciei ossibus ita jungitur, ut facies sit complanata atque lata. Pars frontalis parum tantum elevata, oblique in verticem adscendit. Latera sunt applanata; hinc frons mox supra foveas oculorum angusta. Vestigia musculorum Temporalium, insignis magnitudinis, adscendunt ad $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum ossium temporum. Tubera ossium verticis non valde prominent; pone et infra haec tubera ossa parum complanata sunt. Foveae oculorum fere sunt quadrangulares; earum fundus pone margines inferiores valde est depressus, hinc de fissuris lateralibus inferioribus, ubi ab anteriore consideratur cranium, nihil conspicitur; supercilia non prominent. Ossa jugalia sunt lata et robusta, circa inferiorem partem extrorsum descendentia. Apertura narium oblonga. Ossa nasi in radice angustissima, leviter excavata, non multum prominent. Latitudo ossium maxillarium superiorum in processu alveolari notabilis. In genis fossae malares sunt profundae, sustentaculis ossium jugalium valde prominentibus. Prominent valde alveoli dentium cuspidatorum, dum margo alveolaris dentium incisorum complanatus est. Meatus auditorii crassos habent parietes, eorumque margo anterior in eadem linea positus est cum anteriore margine foraminis magni. Processus mammillares non valde sunt evoluti. Processus Zygomatici ossium temporum sunt robustissimi. Conceptaculum cerebelli bene est evolutum. Anterior palati pars concavitatem majorem offert, quam suspicari licet ex anteriore facie processus alveolaris; posterior palati pars est oblonga, adeo ut tres dentes molares posteriores tantum non paralleliter inter se siti sint. Fossae pterygoidei solitae sunt capacitatis. Maxilla inferior robusta, monstrat partes laterales, in angulis posterioribus, extrorsum prominentes, unde forma faciei oblongo-quadrangularis est. Processus coronoidei non sunt insignes, hinc margo inter hos et condylos vix semi-

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* a G. Sandifort descriptum. Lugd. Bat. 1827. Vol. III. p. 35. N°. CDXCI.

semilunaris dici meretur. Dentes omnes quam maxime sunt detriti; hinc incisorum inferiorum coronae fere penitus sunt deletae. Cuspidatorum, bicuspidatorum atque molarium dentium coronae, in maxilla inferiore, oblique extrorsum descendentem superficiem omnino detritam, exhibent. In maxilla superiore altitudo coronarum dentium molarium ab exteriore fere est integra, ab interiore vero parte vix ulla.

Haec omnia etiam alio in cranio, pariter genuini Groenlandici, ex mea propria collectione, observantur. Hoc vero cranium in genere minus robustum, vestigia omnium musculorum minus notata offert, licet adultioris videatur aetatis. Maxilla inferior minus est robusta, neque in angulis posterioribus tantopere extrorsum prominet. Alveoli dentium incisorum maxillae inferioris penitus sunt deleti.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*
Longitudo cranii ad altitudinem. . . . . =	0,197 : 0,200.	0,185 : 0,195.
Altitudo cranii ad latitudinem. . . . . =	0,200 : 0,143.	0,195 : 0,132.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,186.	0,179.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,381.	0,375.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,142.	0,138.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0,133.	0,134.
Diameter transversalis minor, sive distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0,097.	0,098.
Diameter longitudinalis faciei et conceptaculi cerebri, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0,207.	0,197.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,038.	0,035.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,029.	0,028.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,035.	0,037.
Diameter transversalis orbitarum.	0,040.	0,038.
Latitudo inter orbitas.	0,023.	0,022.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0,150.	0,131.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,073.	0,061.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem. .	0,034.	
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,063.	0,056.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0,105.	0,096.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0,130.	0,122.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0,120.	0,098.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	161°.	160°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	129°.	115°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	74°.	73°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	36 Unc.	33 Unc. 6 dr.



G. Landifort, del. CRANIUM FOEMINAE GROENLANDICAE. D.t Veedwaan.r, sculp

CRANIUM ROMANI.

Cranium probabiliter militis Romani, ex ruinis Pompejorum, urbis Campaniae Italorum, in vico militum praesidianorum anno 1795 effossum, ossium calcinatorum naturam offert, jam in Museo Anatomico hujus Academiae asservatur. A latere dextro mutilatum est, adeo ut in hoc latere major pars ossis verticis, os temporis, et pars ossis occipitis deficiant. Os temporis, nec non pars ossis verticis in suturis cum osse multiformi, basilari parte ossis occipitis et osse frontis secesserunt. Ossa nasi pro dimidia parte etiam deficiunt. Maxillae inferioris nonnisi pars lateralis adscendens superest, cui inhaeret postremus dens molaris. Dentes omnes maxillae superioris, primo dente molari dextro excepto, supersunt, eorumque coronae crustâ vitreâ splendente teguntur, neque manducatione in superficie detritae observantur. Deficientes partes tam conceptaculi cerebri, quam maxillae inferioris simplici lineâ indicavi, habitâ proportione atque directione reliquarum partium.

Conceptaculum cerebri oblongam habet formam. Frons lata et complanata in lineâ perpendiculari adscendit; hinc vertex etiam complanatus, nec nisi in posteriore parte parum adscendit. Latera conceptaculi cerebri globosa sunt. Vestigium musculi Temporalis ad $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri adscendit supra radicem processus zygomatici. Processus mammillaris bene est evolutus. Meatus auditorius amplus, in plano supra priores partes condylorum ossis occipitis positus. Condyli hi articulares valde plani sunt. Facies est lata et complanata. Radix nasi acuta, ejusque ossicula, quantum supersunt, angusta sunt. Narium apertura oblonga, nec ampla; sinus frontales bene evoluti. Foveae oculorum sunt satis magnae; nasi latitudo inter easdem parva. Jugalia ossa magna, hinc latitudo faciei satis insignis. Processus alveolaris amplus, et palatum egregie evolutum. Pars maxillae inferioris, quae superest, bene est conformata; processus condyloideus et coronoideus valde sunt evoluti.

Lon-

CRANIUM ROMANI.

Longitudo cranii ad altitudinem absque maxillâ inferiore. . . . . =	0,185 : 0,160.
Altitudo cranii ad latitudinem. . . . . =	0,160 : 0,145.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,176.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,374.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,130.
Diameter transversalis minor, sive distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0,099.
Diameter longitudinalis faciei et conceptaculi cerebri, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0,197.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,028.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,031.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,033.
Diameter transversalis orbitarum.	0,038.
Latitudo inter orbitas.	0,023.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum. .	0,145.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,060.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,067.
Angulus posterior maxillae inferioris.	121°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	71°.



CRANIUM ROMANI,

EX RUINIS POMPEJORUM EFFOSSUM.

G. Sandifort: del. *D.t Voelmaro. sc.p.*

CRANIUM AMBOINENSIS.

Cranium viri adulti, in insulâ Amboinâ nati, mediae aetatis, a Viro Doctissimo J. Peitsel ad S. J. Brugmans V. Cl. missum (*), a priore parte consideratum oblongam exhibet formam, atque ponderosum est. Frons mediocriter elevata inter tubera frontalia oblongam, sensim circa verticem evanescentem eminentiam offert. Ubi fontanella major adfuit, vertex aliquomodo est elevatus. Occiput est globosum. Tubera ossium verticis non prominent, hinc latera oblique descendunt, atque ossa squamosa parum globosa sunt. Vestigia musculorum Temporalium ampla sunt, occupantia $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum. Conceptaculum cerebelli non valde est evolutum. Meatus auditorii ampli, in plano supra condylos ossis occipitis sunt positi. Processus mammillares sunt mediocres. Incisurae pro ortu musculorum Biventrium maxillae inferioris profundae, amplae atque margine acuto circumscriptae deprehenduntur. Sinus frontales bene sunt evoluti; glabella est lata. Orbitae fere quadrangulares; earum margines satis acuti, ipsâque cavitate arctiores. Vertices ossium maxillarium antrorsum sunt excavati. Ossa nasi lata, complanata, leniter excavata. Apertura narium oblongo-quadrangularis. Ossa turbinata magna. Incisura semilunaris aperturae nasalis exsculpta, sensim transit in oblique descendentem ac prominentem processum alveolarem. Fossae malares sunt satis profundae. Processus alveolaris est angustus. Jugalia ossa sunt complanata et lata. Palatum non valde excavatum, et quodammodo triangulare. Processus pterygoidei fossas amplas constituunt. Maxilla inferior a priore parte parum excavata, prominentiam mentalem crassam atque rotundatam exhibet. Processus coronoidei atque condyloidei sunt elongati, hinc intermedia incisura semilunaris satis est magna. Dentes omnes robusti; incisores maxillae superioris valde prominent, hi et cuspidati superficiem anteriorem coronarum leviter exsculptam monstrant; omnes dentes crusta nigra sunt tecti.

In cranio altero (†), a Viro Doct. Heppener misso, vertex aequabiliter convexus est; tubera ossium verticis magis prominent, hinc latera fere paralleliter descendunt; ossa squamosa tamen sunt convexa. Incisurae pro ortu musculorum Biventrium maxillae inferioris minus amplae. Nasus non adeo complanatus,

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III, a G. Sandifort descriptum. Lugd. Bat. 1827. p. 39. N°. DXCI.

(†) Ibidem N°. DLXXXIX.

tus; hinc apertura narium magis oblonga. Fossae malares minus profundae. In maxillâ inferiore prominentia mentalis minus lata, sed crassa et magis prominens. Dentes, qui supersunt crustâ nigrâ sunt tecti.

Cranium tertium ejusdem nationis (*) in occipite valde complanatum est, hinc figura conceptaculi cerebri magis quadrangularis; vertex circa fontanellam majorem etiam elevatus est. Conceptaculum cerebelli omnium minus est evolutum. Tubera ossium verticis magis, quam in praecedentibus, sunt elevata; ossa squamosa, ut in caeteris, convexa. Incisurae pro musculis Biventribus maxillae inferioris ut in praecedenti cranio. Nasus complanatus. Ossa nasi circa radicem admodum angusta. Apertura narium oblonga. Fossae malares minus excavatae. Palatum magis fornicatum. Coronae dentium incisorum et cuspidatorum ab anteriore leviter excavatae, cunei figuram exhibent; omnes dentes crustâ ingrâ sunt tecti.

Reliquae differentiae ex comparatione dimensionum facile elucescunt.

(*) Ibidem N°. DXC.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*	*In cranio tertio.*
Longitudo cranii ad altitudinem. . . . . =	0,180 : 0,205.	0,190 : 0,215.	0,174 : 0,205.
Altitudo cranii ad latitudinem. . . . . =	0,205 : 0,130.	0,215 : 0,135.	0,205 : 0,144.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,180.	0,183.	0,160.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,372.	0,390.	0,355.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,137.	0,147.	0,140,
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0,127.	0,137.	0,144,
Diameter transversalis minor, sive distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0,094.	0,094.	0,102.
Diameter longitudinalis faciei et conceptaculi cerebri, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis. . .	0,195.	0,203.	0,180.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,036.	0,037.	0,036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,029.	0,029.	0,031.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,036.	0,035.	0,032.
Diameter transversalis orbitarum.	0,039.	0,039.	0,037.
Latitudo inter orbitas.	0,025.	0,028.	0,028.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0,130.	0,135.	0,133.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,062.	0,067.	0,059.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios, et marginem inferiorem.	0,030.	0,029.	0,032.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,064.	0,072.	0,068.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem. . .	0,092.	0,092.	0,085.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0,121.	0,123.	0,117.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0,096.	0,095.	0,088.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processûs alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	131°.	140°.	133°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	120°.	110°.	115°.
Angulus faciei P. Camperi.	70°.	68°.	70°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	40 Unc.	42 Unc.	42 Unc.





CRANIUM AMBOINENSIS.

CRANIUM CAFFRI.

Cranium viri adulti, Nationis Caffrorum, mediae aetatis a Viris doctissimis H. Kuhl et J. C. van Hasselt, quondam Historiae naturalis indefessis investigatoribus e Promontorio Bonae Spei transmissum, nunc in Museo Anatomico asservatum.

Conceptaculum cerebri a latere spectatum egregiam exhibet figuram ovalem. Frons bene est elevata. Tempora sunt complanata. Fossae temporales valde exsculptae. Vestigia musculorum temporalium, licet ampla et bene notata, non tamen ultra $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum adscendunt. Conceptaculum cerebelli non valde est evolutum. Meatus auditorius admodum amplus est, respondens plano, in quo priores partes condylorum ossis occipitis inveniuntur. Processus mammillares sunt parvi, juxta partes posteriores plani condylorum ossis occipitis descendentes. Fossae pro musculis Biventribus maxillae inferioris insignes. Foramen magnum ossis occipitis valde magnum. Faciei ossa prominent. Ossicula nasi longa atque lata, in nexu inter se in acutum marginem elevata. Processus nasales ossium maxillarium tenuissimi. Lacrymalia ossa magna, orbitarum marginem in hac parte constituentia. Apertura narium ab inferiore satis lata, sursum admodum angusta; hujus margines inferiores non valde acuti, sed leviter exsecti in processum alveolarem transeunt. Fossae malares amplae et valde excavatae. Foveae oculorum oblongae. Jugalia ossa non prominentia. Dentes omnes sunt robusti; incisores prominentes in superficie scindente detriti. Maxilla inferior licet retrorsum tendat, a priore est excavata, et prominentiam mentalem satis acutam exhibet; partes laterales sunt latae, processus coronoidei bene sunt evoluti. Palatum oblongum, atque bene fornicatum. Fossae pterygoideae admodum sunt parvae.

In alio cranio juvenis 25 annorum ejusdem nationis, quod nobis ad comparationem suppeditavit Med. Candidatus J. P. Roux, Capensis, atque a J. van der Hoeven V. Cl. descriptum atque delineatum est (*), omnia juvenilem aetatem probant, dum contra in descripto cranio, aetatis virilis, singulae capitis partes maxime evolutae observantur. Omnia, si differentiam aetatis memoria tenetur, satis

(*) *Tijdschrift voor Natuurlijke Geschiedenis en Physiologie*, Leyd. 1837. 4de Deel. Pl. II.

satis bene conveniunt, atque probare videntur, utrumque cranium esse genuinum ejusdem nationis. In conformatione nasi aliqua differentia notanda datur; in hoc nimirum cranio ossa nasi in radicibus sunt tenuissima, et sensim latiora fiunt, dum processus nasales ossium maxillarium hic latitudinem nasi fere soli constituunt. Hi processus etiam, solito modo, suas conferunt partes ad fossas lacrymales constituendas. Haec itaque tota quanta differunt ab iisdem ossibus in altero cranio. Caeterae differentiae ex comparatione dimensionum facile intelliguntur.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem . . . . . =	0,200 : 0,205.	0,205 : 0,190.
Altitudo totius cranii ad latitudinem . . . . . =	0,205 : 0,139.	0,190 : 0,124.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,184.	0,179.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,383.	0,378.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,145.	0,140.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0,139.	0,124.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0,095.	0,088.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0,208.	0,207.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,038.	0,039.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,034.	0,030.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,034.	0.034.
Diameter transversalis orbitarum.	0,040.	0,037.
Latitudo inter orbitas.	0,025.	0,023.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0,134.	01,22.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,062.	0,060.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem. .	0,033.	0,038.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,062.	0,059.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0,096.	0,087.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0,122.	0,115.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0,097.	0,092.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	138°.	132½°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	120°.	124°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	70°.	70°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	35 Unc.	34 Unc. 2 dr.



CRANIUM CAFFRI.

Gj. Sandifort. del. P. Vedruano. sculp.

CRANIUM HOTTENTOTAE.

Cranium genuini Hottentotae, in Nosocomio militari Promontorii Bonae Spei, anno 1805 mortui, transmissum a Viro Doctissimo Dibbetz ad S. J. Brugmans V. Cl., hominis est mediae aetatis (*).

Ipsius longitudo cum altitudine convenit, atque ab anticâ parte spectatum ovalem monstrat figuram. Conceptaculum cerebri oblongo-ovalis est formae. Frons bene est evoluta; circa suturam coronalem levis in vertice observatur intropressio. Vestigia musculorum Temporalium non valde sunt notata; adscendunt ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum ossium temporum. Fossae temporales satis profundae sunt, licet latera conceptaculi cerebri parum sunt globosa, et fere paralleliter adscendunt. Sinus frontales sunt evoluti. Conceptaculum cerebelli non magnum. Glabella lata; ossicula nasi depressa, et ab inferiore lata. Apertura narium ampla. Foveae malares nullae. Processus alveolaris non valde latus, ab anteriori parte compressus, prominentibus valde alveolis dentium cuspidatorum. Foveae oculorum oblongae, parum oblique extrorsum deorsumque positae. Vertices ossium maxillarium in fundo orbitarum elevati, unde fissurae orbitales laterales fere totae conspiciuntur, ubi ab anteriori parte examinatur cranium. Supercilia, uti in genere margines orbitarum, crassa et robusta. Ossa jugalia non lata, mox pone sustentacula eorundem in ossibus maxillaribus complanata, retrorsum tendunt. Processus zygomatici leviter arcuati, neque valde robusti. Meatus auditorius amplus, in plano ante marginem priorem foraminis magni totus est positus. Processus mammillares juxta lineam mediam perpendicularem condylorum ossis occipitis descendunt. Palatum latum, nondum valde excavatum; foramen incisivum magnum, quadrangulare. Maxilla inferior a priore excavata; prominentia mentalis crassa, atque evoluta. Processus coronoideus parvus. Dentes incisores in utraque maxilla prominentes; molares crassi, neque valde abrasi.

In alio cranio ejusdem nationis, ex mihi propriâ collectione, hominis adultioris, ut videtur, aetatis, nec non robustioris, impressiones omnium musculorum magis

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III, descriptum a G. Sandifort. Lugd. Bat. 1827. p. 40. N°. DXCIX.

magis sunt notatae, forma conceptaculi cerebri, a postiori magis est complanata, atque conceptaculum cerebelli ab inferiore paululum magis evolutum, hincque globosius. Sinus frontales longe magis prominent; ossa nasi magis sunt excavata, et ab inferiore minus lata. Reliqua omnia bene conveniunt cum iisdem partibus in altero cranio, sed ex aetate magis adulta, omnia sunt robustiora.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*
Longitudo cranii ad altitudinem. . . . . =	0,192 : 0,192.	0,200 : 0,205.
Altitudo cranii ad latitudinem. . . . . =	0,192 : 0,131.	0,205 : 0,131.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,182.	0,179.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,365.	0,388.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,132.	0,141.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0,129.	0,127.
Diameter transversalis minor, sive distantia inter fossas temporales, mox pone processûs orbitales ossis frontis.	0,098.	0,101.
Diameter longitudinalis faciei et conceptaculi cerebri, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0,202.	0,205.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,036.	0,036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,033.	0,030.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,030.	0,032.
Diameter transversalis orbitarum.	0,038.	0,039.
Latitudo inter orbitas.	0,025.	0,031.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0,127.	0,131.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,059.	0,064.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios, et marginem inferiorem. .	0,031.	0,036.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,058.	0,067.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0,087.	0,087.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0,110.	0,116.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0,082.	0,091.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processûs alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	135°.	131°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	112°.	122°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	70°.	70°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	35 Unc.	39 Unc. 2 dr.



CRANIUM HOTTENTOTAE.

G. Sandifort. del.

D.r Velsmaard. sculp.

CRANIUM BOSCHJESMANNI.

Cranium hominis, ex gente vulgo dicta *Boschjesmannen*, mihi a Viro Doctissimo Chr. Fleck, Praxin Medicam in Promontorio Bonae Spei exercente, dono datum, characterem peculiarem atque genuinum offert. Hoc cranium habitûs est teneri, neque magnum, quamvis dentes molares omnes sint evoluti, adeoque hominis est juvenilis aetatis; ex ipso cranio, quod unum possideo, vix sexus determinari potest. Frons est elevata; tubera frontalia satis evoluta. Latitudo partis posterioris conceptaculi cerebri est magna. Latera neque valde complanata, neque valde convexa sunt. Vestigia musculorum Temporalium adscendunt ad altitudinem $\frac{2}{3}$ partium altitudinis conceptaculi cerebri, supra radices processuum zygomaticorum. Conceptaculum cerebelli bene est evolutum. Foramen magnum ossis occipitis amplum. Meatus auditorii oblongi, parvi, mediam partem tenent plani, in quo condyli ossis occipitis inveniuntur. Processus mammillares sunt parvi. Facies valde est complanata, glabella ampla, tantopere descendens ut suturae, quae nectunt ossa nasi, et processus nasales ossium maxillarium, cum hac ossis frontis parte multum descendant infra nexum ossis frontis cum ossibus jugalibus. Ossa nasi sunt complanata, et in eodem plano posita cum processubus nasalibus ossium maxillarium; hinc nasus est applanatus, atque latus. Apertura narium est lata, ejusque incisura semilunaris satis acuta. Orbitae sunt oblongae, earumque margines acuti et satis robusti. Ossa jugalia sunt lata, sed tenera. Fossae malares vix ullae. Processus alveolaris vix prominet. Dentes incisores perpendiculariter sunt positi. Dens cuspidatus sinister situm habet obliquum, tegens fere totum dentem incisorem lateralem, ipsius enim dens lacteus, cujus alveolus adhuc superest, diu supermansisse videtur. Palatum bene est fornicatum, atque amplum. Fossae pterygoideae profundae. Maxilla inferior parvam, verum satis acutam, habet promi-
nentiam mentalem. Partes laterales sunt amplae, et postremos dentes molares tegunt. Dentes molares in utrâque maxillâ coronas in superficie valde detritas exhibent.

Lon-

CRANIUM BOSCHJESMANNI.

Longitudo cranii ad altitudinem. . . . . =	0,165 : 0,175.
Altitudo cranii ad latitudinem. . . . . =	0,175 : 0,125.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0,163.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0,327.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0,117.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0,125.
Diameter transversalis minor, sive distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0,088.
Diameter longitudinalis faciei et conceptaculi cerebri, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0,175.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0,035.
Diameter transversalis foraminis magni.	0,028.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0,026.
Diameter transversalis orbitarum.	0,036.
Latitudo inter orbitas.	0,025.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum. .	0,115.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0,055.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios, et marginem inferiorem.	0,029.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0,048.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0,075.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0,096.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0,076.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processûs alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	140°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	130°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	74°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	26 Unc. 6 dr.





G. Sandifort, del.

CRANIUM BOSCHJESMANNI.

L. Vorsterman jun. sculp.

CRANIUM AMERICANI SEPTENTRIONALIS.

Cranium viri 35 annorum, ex genuinâ familiâ Americae septentrionalis nati, Museo Anatomico Academiae Lugduno Batavae a W. E. Horner, Viro Cl. Professore extraordinario in Universitate Pensylvaniae, dono datum, valde ponderosum est. Forma totius cranii, a latere considerati, est quadrangularis, a priori vero figurâ magis oblonga est. Conceptaculi cerebri forma est oblonga. Frons non valde elevata, sed angusta. Occiput globosum; conceptaculum cerebelli non magnum. Fossae temporales complanatae. Vestigia musculorum Temporalium ampla, eorum partes inferiores supra meatum auditorium retrorsum adscendentes valde prominent. Superficies in osse occipitis, pro insertione musculorum dorsi, cristis lineisque acutis valde est inaequalis. Processus mammillares ossium temporum sunt robusti; partes mammillares pro majori parte constituuntur osse Wormiano, fere quadrangularis figurae. Meatus auditorii sunt angusti. Condyli ossis occipitis pro dimidiâ parte ante planum, in quo deprehenduntur processus mammillares, positi sunt. Sinus frontales prominentes. Orbitae transversaliter oblongae; fissurae earum posteriores angustae; foramina optica parva; processus laterales ossis multiformis non sunt robusti, hinc fissurae laterales totae conspiciuntur; vertices ossium maxillarium superiorum a priori valde excavati sunt, unde orbitarum margo inferior acutus est, dum reliqui margines satis sunt obtusi. Nasus in radice parum excavatus, dein complanatus est. Apertura narium ab inferiore margines exsectos offert, quamvis processus alveolaris tamen non promineat. Ossa spongiosa non valde magna sunt. Sustentacula ossium jugalium satis sunt lata. Fossae malares vix notatu dignas impressiones offerunt. Ossa jugalia sunt robusta, eorum processus posteriores, nec non processus zygomatici ossium temporum sunt valde lati, arcuati, et robusti. Processus pterygoïdei, eorumque fossae non magnae. Dentes omnes in utrâque maxillâ bene evoluti, et justo ordine dispositi. Palatum a priore neque latum, neque valde fornicatum est.

Ma-

CRANIUM AMERICANI SEPTENTRIONALIS.

Maxilla inferior est crassa; eminentia mentalis robusta; latera sunt compressa, impressionibus musculorum nondum inaequabilia; processus coronoïdei non magni, fere recti; incisura inter hos et processus condyloïdeos est semilunaris.

Dens molaris primus sinistri lateris in maxillâ inferiore deficit, et vel nondum fuit evolutus, vel in juniore aetate fuit evulsus, quum nullum vestigium alveoli superest, et spatium inter dentem bicuspidatum ultimum, et molarem secundum minimum superest.

Longitudo totius cranii ad altitudinem	= 0.198 : 0.205
Altitudo totius cranii ad latitudinem	= 0.205 : 0.142
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.191.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.379.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.134.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.136.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.093.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.217.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.038.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.034.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.034.
Diameter transversalis orbitarum.	0.040.
Distantia inter utrasque orbitas.	0.025.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.137.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.064.
Latitudo palati inter dentes molares ultimos.	0.043.
Latitudo palati inter dentes cuspidatos.	0.030.
Longitudo palati in lineâ mediâ.	0.057.
Profunditas palati a lamellâ palatinâ ad marginem alveolarem.	0.013.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.031.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.069.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.104.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.120.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.104.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	138°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	110°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	69°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	37 Une.





CRANIUM AMERICANI SEPTENTRIONALIS.

CRANIUM CINGALENSIS.

Cranium viri robusti, in insulâ Ceylon nati, a Viro Expertissimo van Hussem, S. J. Brugmans V. Cl. dono datum (*), magnum admodum, atque in omnibus partibus valde robustum dici meretur. Forma conceptaculi cerebri egregie ovalis est, vertice bene elevato. Cerebelli conceptaculum, respectu magnitudinis conceptaculi cerebri, non magnum est. Latera valde sunt complanata. Tubera ossium verticis non prominent. Vestigia musculorum Temporalium valde notata, ad $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum adscendunt. Meatus auditorii oblongi et magni. Processus mammillares bene evoluti, parum infra condylos ossis occipitis descendunt; sulci pro insertione musculorum Biventrium maxillae inferioris insignes deprehenduntur. Occiput oblongum et minime globosum. Spina occipitalis externa magna. Partes ossis occipitis haemisphaeriis cerebelli respondentescomplanatae sunt.

Frons angusta, elevata. Sinus frontales parum prominentes. Orbitae in lineâ transversali oblongae; fissurae orbitales posteriores amplae; vertices ossium maxillarium superiorum excavati. Nasus angustus, parum excavatus, in marginibus inferioribus exsectus, et oblique in processum alveolarem oblongum, antrorsum prominentem transit. Dentes incisores tamen ultra gingivas satis perpendiculariter positi sunt. Fossae malares sunt profundae, quum sustentacula jugalia prominent. Ossa jugalia lata et crassa, processusque zygomatici robusti. Palatum valde est fornicatum, atque oblongum. Fossae pterygoïdeae angustae, neque earum lamella externa valde lata.

Maxilla inferior robusta, a priore retrorsum descendit, eminentiâ mentali vix prominente. Foramina mentalia sunt insignia. Dentes omnes bene sunt evoluti, et justo ordine dispositi.

Lon-

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. descriptum à G. Sandifort, *Lugd. Bat.* 1827. pag. 39. N°. DLXXXIV.

CRANIUM CINGALENSIS.

Longitudo totius cranii ad altitudinem	= 0.200 : 0.218
Altitudo totius cranii ad latitudinem	= 0.218 : 0.130
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.181.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.375.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.145.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.126.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.095.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.215.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.031.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.031.
Diameter transversalis orbitarum.	0.041.
Latitudo inter orbitas.	0.024.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.138.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.066.
Latitudo palati inter dentes molares ultimos.	0.041.
Latitudo palati inter dentes cuspidatos.	0.039.
Longitudo palati in lineâ mediâ.	0.059.
Profunditas palati a lamellâ palatinâ ad marginem alveolarem.	0.015.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.039.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.068.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.091.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.123.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.110.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	120°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	113°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	65°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	39 Unc.



CRANIUM CINGALENSIS.

CRANIUM CHINENSIS.

Cranium viri 27 annorum, in China nati, a Doct. Viro Asmus, Medicinae Doctore S. J. Brugmans, Viro Cl., dono missum (*), a latere et a priore visum formam oblongam offert. Conceptaculum cerebri ovalis est figurae. Frons in verticem elevatum transiens bene est evoluta. Tubera parietalia non prominent. Latera leviter sunt convexa; fossae temporales non profundae. Vestigia musculorum Temporalium leviter sunt notata, et ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum adscendunt. Occiput bene est evolutum. Cerebelli conceptaculum ab exteriore est globosum. Processus mammillares bene sunt evoluti; meatus auditorii angusti, et in plano supra anteriorem partem condylorum ossis occipitis positi deprehenduntur. Facies est oblonga; ossa jugalia sunt compressa, quamvis robusta. Orbitae transversaliter oblongae; fissurae orbitales posteriores angustae. Nasi latitudo inter orbitas parva, ob exiguam latitudinem ossium nasi, quae ossa leviter in radice sunt excavata. Quamvis maxillaria ossa promineant, atque margines inferiores aperturae narium leviter sint exsculpti, tamen dentes incisores medii nondum tantopere antrorsum diriguntur, quam ex directione alveolorum sequeretur, in collo nimirum parum sunt curvati, sicque occurrunt brevitati maxillae inferioris. Fossae malares parum sunt excavatae. Palatum angustum, sed valde fornicatum est. Fossae pterygoideae profundae sunt.

Maxilla inferior, respectu magnitudinis totius cranii, est brevis, neque valde robusta in partibus lateralibus.

Altero in cranio, ex eadem collectione (†), sed viri 37 annorum, etiam in Imperio Chinense nati, ab eodemque Viro Doctissimo transmisso, omnia ossa robustiorem formam offerunt. In omnibus partibus bene cum praecedenti cranio convenit, uti ex dimensionibus satis facile apparet. Vertex vero atque occiput paulo magis sunt complanata, unde primo intuitu conceptaculi cerebri forma magis ad quadrangularem formam accedere videtur. Orbitae majorem habent diametrum perpendicularem, atque fissurae orbitales sunt latiores. Nasi ossicula in radice etiam angusta, et excavata, circa marginem inferiorem convexiora sunt. Margines inferiores aperturae narium sunt acutiores. Palatum paulo latius. Maxilla inferior robustior.

In

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.*, Vol. III. descriptum a G. Sandifort, Lugd. Bat. 1827. fol. pag. 37. N°. DL.

(†) Ibidem N°. DXLIX.

CRANIUM CHINENSIS.

In cranio tertio, ex collectione mihi propria, viri ejusdem aetatis, in urbe *Canton* nati, aeque robusto ac praecedens, forma generalis egregie convenit cum capite primo loco descripto. Vertex atque occiput etiam bene sunt evoluta. Orbitae sunt ampliores, earumque fissurae, quoad capacitatem, medium tenent locum inter easdem praecedentium craniorum. Nasus est angustus et excavatus. Margines inferiores aperturae narium sunt acutiores. Palatum est latum et valde fornicatum.

Deficientibus dentibus incisoribus in utroque cranio de eorum directione judicari non valet.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*	*In cranio tertio.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem	= 0.195 : 0.203.	0.181 : 0.207.	0.190 : 0.210.
Altitudo totius cranii ad latitudinem	= 0.203 : 0.134.	0.207 : 0.141.	0.210 : 0.140.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis	0.173.	0.173.	0.178.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.379.	0.374.	0.375.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.139.	0.138.	0.137.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis. .	0.128.	0.147.	0.136.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.092.	0.095.	0.094.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.202.	0.208.	0.202.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0 032.	0.032.	0.035.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.027.	0.028.	0.032.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.031.	0.035.	0.038.
Diameter transversalis orbitarum.	0.035.	0.036.	0.037.
Latitudo inter orbitas.	0.025.	0.026.	0.024.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.128.	0.128.	0.137.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.065.	0.067.	0.071.
Latitudo palati inter dentes ultimos molares.	0.039.	0.041.	0.041.
Latitudo palati inter dentes cuspidatos.	0.025.	0.028.	0.027.
Longitudo palati in lineâ mediâ.	0.055.	0.055.	0.056.
Profunditas palati a lamellâ palatinâ ad marginem alveolarem. . . .	0.014.	0.016.	0.017.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.035.	0.034.	0.032.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.059.	0.069.	0.065.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.083.	0.091.	0.093.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.119.	0.117.	0.124.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.096.	0.102.	0.096.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferioris. . . .	129°.	151½°.	146°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	133½°.	113°.	112°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	70°.	70°.	67°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	37 Unc.	39 Unc.	38½ Unc.

Plurium cranionum dimensiones collegit Clar. J. VAN DER HOEVEN (*).

(*) *Tijdschrift voor Natuurlijke Geschiedenis en Physiologie.* D. 3. 1836. pag. 143.





CRANIUM CHINENSIS.

G. vandijck. lith.

P. Vosbraard. sculp.

CRANIUM JAPONENSIS.

Cranium incolae insulae Japan a Viro Doct. von Siebold allatum satis magnum, atque ovalis est figurae. Frons bene est elevata; occiput globosum. Tubera parietalia prominent, imprimis illud dextri lateris, imo totum hoc latus conceptaculi cerebri paululum magis evolutum est, quam latus sinistrum, adeo ut obliquitas quaedam in toto conceptaculo producta fuerit. Tempora sunt complanata, et fossae temporales valde depressae pone processus orbitales ossis frontis. Processus laterales ossis multiformis valde excavati, sunt lati et magni. Vestigia musculorum Temporalium ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum adscendunt. Meatus auditorii sunt angusti. Processus mammillares mediocres. Protuberantiae pro lobis cerebelli mediocriter sunt evolutae. Superficies ossis occipitis, ad insertionem musculorum, prominentibus lineis ac cristis inaequabilis, satis robustum systema musculorum dorsi indicare videtur. Condyli ossis occipitis infra processus mammillares descendunt, atque pro majori parte ante planum processuum mammillarium siti sunt.

Facies complanata, non lata, ossibus jugalibus mox pone orbitas retrorsum flexis. Fossae malares vix ullae. Sustentacula ossium jugalium nec lata, nec crassa. Sinus frontales non valde sunt evoluti. Orbitae quadrangulares. Processus frontales superciliorum tenues. Margo superciliorum, nec non totius orbitae in utroque latere acutus. Vertex ossium maxillarium mox pone orbitarum marginem inferiorem exsectus, in fundo orbitarum valde adscendit. Fissurae orbitales posteriores et laterales angustae, atque foramina optica parva. Margines inferiores aperturae narium sensim in processum alveolarem descendunt. Ossa nasi tenuia, ac parum tantum excavata. Ossa jugalia non valde lata, licet sint robusta. Altitudo processus alveolaris maxillae superioris et maxillae inferioris satis insignes sunt, unde altitudo cranii valde augetur. Dentes incisores superiores juxta eandem curvaturam, quam processus alveolaris, descendunt, hi, ut reliqui omnes, bene sunt evoluti; dens bicuspidatus secundus sinistri lateris maxillae inferioris oblique introrsum est situs. In maxillâ superiore nec prodierunt ultimi dentes molares, nec spatium iis destinatum satis evolutum videtur. Palatum valde est fornicatum. Fossae pterygoideae amplae sunt. Prominentia mentalis maxillae inferioris prominet; latera maxillae complanata vix vestigia insertionis musculorum Masseterum offerunt; margo inferior admodum est crassus.

Ex

CRANIUM JAPONENSIS.

Ex duobus craniis Japonensium, quae in Museo Historiae Naturalis Academiae Lugd. Bat. asservantur, atque etiam a Viro Doctissimo VON SIEBOLD allata sunt, alterum in formâ generali bene convenit cum descripto cranio. Hujus vero cranii conceptaculum cerebri ab utroque latere bene, ac aequabiliter est evolutum, tempora magis sunt convexa, atque hinc fossae temporales minus sunt excavatae. In altero autem cranio, latus sinistrum conceptaculi cerebri longe magis evolutum est latere dextro, unde insignis observatur obliquitas in hoc cranio, si verticem consideramus. Frons magis est elevata et rotunda; tempora etiam sunt convexiora. Reliquae differentiae ex sequentibus dimensionibus satis facile intelliguntur; deficiente vero utriusque cranii maxillâ inferiore omnes dimensiones comparare non licuit.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*	*In cranio tertio.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem	=0.185 : 0.210.		
Altitudo totius cranii ad latitudinem	=0.210 : 0.140.		
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis	0.184.	0.183.	0.165.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.386.	0.371.	0.349.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.135.	0.127.	0.137.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis. .	0.145.	0.138.	0.140.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.092.	0.095.	0.094.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.208.	0.200.	0.182.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.036.	0.037.	0.038.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.027.	0.031.	0.031.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.037.	0.037.	0.036.
Diameter transversalis orbitarum.	0.037.	0.037.	0.036.
Latitudo inter orbitas.	0.025.	0.026.	0.025.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.129.	0.137.	0.134.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.065.	0·067.	0.062.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.036.		
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.061.		
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.094.		
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.118.		
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.095.		
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferioris.	132°.		
Angulus posterior maxillae inferioris.	132°.		
Angulus faciei P. CAMPERI.	76°.	72°.	72°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	42 Unc.	39 Unc. 7 Dr.	39 Unc.



G. Landsheer del.

CRANIUM JAPONENSIS.

D.t Veelwaard, sculp.

CRANIUM INCOLAE NOVAE GUINEAE,

VULGO *PAPOUS* DICTI.

Cranium incolae illius regionis Novae Guineae, quae vulgo Terra Papous vocatur, a Viro Doct°. Heppener dono missum S. J. Brugmans Viro Cl., fere quadrangularem habet formam (*). Frons mox supra orbitas angusta, primo fere ad perpendiculum adscendens, dein oblique retrorsum transit in verticem elevatum; occiput valde est complanatum. Tubera ossium verticis sunt prominentia; latera convexa. Vestigia musculorum Temporalium ad altitudinem $\frac{2}{3}$ partium distantiae a radice processus zygomatici ad verticem adscendunt. Cerebelli conceptaculum latum, aeque ac totum occiput compressum. Meatus auditorii angusti. Processus mammillares tenues. Condyli ossis occipitis fere toti ante planum, in quo processus mammillares descendunt, sunt positi. Latitudo faciei minor est latitudine conceptaculi cerebri. Ossa nasi in nexu cum osse frontis valde angusta, parum excavata, circa marginem inferiorem latiora, et magis complanata sunt. Orbitae oblongae in diametro transversali; vertices ossium maxillarium superiorum non excavati, sed oblique adscendentes faciunt, ut fissurae orbitales inferiores facile totae conspiciantur; fissurae orbitales superiores sunt angustae. Jugalia ossa non valde robusta sunt. Margo inferior aperturae narium exsectus; margo alveolaris dentium incisorum complanatus; totus processus alveolaris bene est evolutus, omnesque dentes justo ordine antea continebat. Dentes incisores parum oblique antrorsum in maxillâ superiore descendunt; coronae incisorum dentium in paginâ anteriori videntur arte excavatae; omnes crustâ nigrâ sunt obductae. Palatum est amplum, ac satis fornicatum. Fossae pterygoïdeae non val de magnae.

In maxillâ inferiore prominentia mentalis parum prominet; latera maxillae sunt compressa, musculorum Masseternm vestigia bene sunt notata.

Lon-

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. descriptum a G. Sandifort, *Lugd. Bat.* 1827. fol. pag. 40. N°. DXCVIII.

CRANIUM INCOLAE NOVAE GUINEAE.

Longitudo totius cranii ad altitudinem	= 0.175 : 0.218
Altitudo totius cranii ad latitudinem	= 0.218 : 0.151
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.171.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.363.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.145.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.146.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.092.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.202.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.035.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.029.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.035.
Diameter transversalis orbitarum.	0.038.
Latitudo inter orbitas.	0.021.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.134.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.069.
Latitudo palati inter dentes molares ultimos.	0.043.
Latitudo palati inter dentes cuspidatos.	0.034.
Longitudo palati in lineâ mediâ.	0.051.
Profunditas palati a lamellâ palatinâ ad marginem alveolarem.	0.014.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.028.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.058.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.099.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.124.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.101.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	127°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	123°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	67°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	43 Unc.





CRANIUM INCOLAE NOVAE GUINEAE,

VULGO PAPOUS DICTI.

't Jandelf ad. nat.

D.C Veelwaard. sculp.

CRANIUM INCOLAE NOVAE CAMBRO-BRITTANNIAE MERIDIONALIS,

VULGO *NEW SOUTH WALES.*

Cranium incolae regionis illius Novae-Hollandiae, quae vulgo *New South Wales* dicitur S. J. Brugmans, Viro Cl. dono dedit J. Banks Vir Perillustris. (*). Conceptaculum cerebri formam oblongo-ovalem exhibet cujus media pars in vertice valde elevata cernitur, adeo ut frons depressa se offerat. In osse frontis media pars a duabus lateralibus partibus sulco in formam litterae V valde distincta cernitur. Sinus frontales bene evoluti supra glabellam valde prominent. Latitudo frontis supra orbitas non valde magna est, adeo ut processus orbitales superciliorum multum promineant. Fossae temporales sunt profundae; temporum ossa cum inferioribus partibus ossium verticis sunt parum convexa, et aliquantum magis prominent quam tubera parietalia. Vestigia musculorum Temporalium bene sunt notata, adscendunt ad $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum. Conceptaculum cerebelli satis magnum, globosam offert superficiem. Tuber occipitale crassum, atque vestigia musculorum dorsi et spinae satis notata sunt. Meatus auditorii cito coarctantur, et positi deprehenduntur in lineâ perpendiculari, transeunte mediam partem condylorum ossis occipitis. Hi condyli toti quanti descendunt infra processus mammillares ossium temporum. Orbitae quadrangularem exhibent circuitum, quamvis diameter transversalis superet perpendicularem; sunt vero magnae cum prominentibus superciliis atque processibus frontalibus elongatis, ossibus jugalibus adnexis. In fundo orbitarum vertex ossium maxillarium ab anteriore, pone marginem exteriorem, valde est excavatus; fissurae orbitales inferiores latitudine processuum lateralium ossis multiformis valde proclive positae sunt; fissurae superiores angustae, et parvae deprehenduntur. Nasi radix angusta, ossicula monstrat valde excavata. Apertura narium satis est magna, ejusque margo inferior est exsec-

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. descriptum a G. Sandifort, *Lugd. Bat.* 1827. fol. pag. 40. N°. DCII.

sectus. Sustentacula ossium jugalium sunt tenera, ipsaque jugalia ossa non robusta. Ossa maxillaria convexa fossas malares vix notabiles offerunt; processus alveolaris arcuatus. Dentes incisores deficiunt, medius dexter in radice in juniore aetate diffractus videtur, dum pars radicis, fere nuda, processui alveolari inhaeret, et apertura alveoli penitus est clausa; ex defectu hujus dentis, incisor dens sinister obliquum situm dextrorsum assumsit, uti ex directione alveoli manifestum est. Alveolus dentis incisoris lateralis sinistri etiam penitus evasit. Dens cuspidatus dexter robustus est, sinister vero etiam abruptus circa collum videtur, atque coronae pars superstes globosam exhibet formam, ac si limâ esset abrasa. Reliqui omnes dentes ex manducatione solidissimorum alimentorum aequabilem, fere politam, superficiem exhibent. Palatum valde est fornicatum. Aperturae posteriores narium sunt oblongae, et angustae. Fossae pterygoïdeae profundae, sed solito minus latae. Maxilla inferior desideratur.

Longitudo cranii absque maxillâ inferiore ad altitudinem	= 0.178:0.161
Altitudo cranii ad latitudinem	= 0.161:0.126
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.171.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.350.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.130.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.115.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.093.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.196.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.034.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.025.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.033.
Diameter transversalis orbitarum.	0.040.
Distantia inter utrasque orbitas.	0.022.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.127.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.067.
Latitudo palati inter dentes molares ultimos.	0.038.
Latitudo palati inter dentes cuspidatos.	0.026.
Longitudo palati in lineâ mediâ.	0.057.
Profunditas palati a lamellâ palatinâ ad marginem alveolarem.	0.015.
Angulus faciei P. CAMPERI.	70°.
Capacitas conceptaculi cerebri.	32 Unc.



CRANIUM INCOLAE NOVAE CAMBRO-BRITTANNIAE MERIDIONALIS,

VULGO NEW SOUTH WALES.

J. Sandifort. del. *T. Vedmore fcalp*

CRANIUM SCHITGAGANI.

Cranium hominis adulti (*), ab Jll. Lamsdorf, cum Jll. Krusenstern regiones septentrionales Americae visitante, effossum ex sepulcro nationis *Schitgaganae* (Kaluschi), in sinu *novae Norfolkiae* degentis, videtur esse hominis robustissimi; maxilla inferior est deperdita, uti et dentes omnes, exceptis duobus bicuspidatis prioribus. Conceptaculum cerebri ovalem habet formam; facies est quadrangularis. Frons mox supra orbitas non valde lata, oblique adscendens in verticem elevatum desinit. Occiput globosum; latera convexa; fossae temporales profundae. Vestigia musculorum Temporalium in osse frontis, et partibus squamosis ossium temporum imprimis valde notata, adscendunt ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum. Processus mammillares mediocres, in plano posteriore condylorum ossis occipitis sunt positi. Conceptaculum cerebelli amplissimum. Meatus auditorii satis magni. Foramen magnum ossis occipitis amplum. Sinus frontales bene evoluti. Orbitae fere oblongo-quadrangulares, cum acutis marginibus superioribus et inferioribus. Fissurae orbitales superiores non valde magnae, inferiores angustae. Nasus satis latus; abruptis partim ossibus nasi et processubus nasalibus de vera forma aperturae nasi judicium ferre difficile est, non vero videtur fuisse lata. Ossa jugalia admodum robusta valde prominent, in lateribus ante nexum cum processubus jugalibus ossium temporum, valde arcuatis, rursus complanata. Fossae malares satis notatae, prominentibus sustentaculis ossium jugalium.

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 35. N°. CDXCII.

CRANIUM SCHITGAGANI.

Longitudo cranii absque maxilla inferiore ad altitudinem.	= 0.190 : 0.135.
Altitudo cranii ad latitudinem.	= 0.135 : 0.152.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.170.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.343.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.133.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.146.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.103.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.196.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.037.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.034.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.035.
Diameter transversalis orbitarum.	0.040.
Latitudo inter orbitas.	0.029.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.152.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.67.
Angulus faciei P. Camperi.	66°.

FACULTY DE MÉDECINE DE PARIS



CRANIUM SCHITGAGANI.

G. Sandifort, del.

D.t Veelwaard, sculp.

CRANIUM INCOLAE INSULAE TENERIFFAE, *GOUANCHE* DICTI.

Cranium ex antro sepulcrali priscae nationis *Gouanche* dictae, ab A. Broussenet V. Cl. allatum, et S. J. Brugmans V. Cl. dono datum (*), videtur esse faeminae mediae aetatis; si enim cum altero cranio ejusdem nationis, ab eodem Viro Cl. dono datum, verum cute exsiccata tectum (†) comparatur, hoc cranium altero paulo est minus, in omnibus suis partibus. Hujus cranii maxilla inferior est deperdita; ex dentibus tantum supersunt cuspidatus, bicuspidatus primus atque molares proprie dicti lateris sinistri, et molaris ultimus lateris dextri, omnes vero alveoli reliquorum dentium integri supersunt. Obliquitas quaedam in conceptaculo cerebri observatur, quum latus dextrum paululum compressum cernitur in angulo mastoideo. Forma totius cranii est oblonga; frons non valde elevata in verticem complanatum, atque pone suturam coronalem paululum depressum, transit. Occiput est acuminatum. Latera parum sunt compressa, prominentibus tamen tuberibus ossium verticis. In fossis temporalibus partes laterales ossis frontis parum sunt convexae. Processus mammillares parvi, in plano pone condylos ossis occipitis positi. Meatus auditorii solitae amplitudinis. Conceptaculum cerebelli oblongum videtur ob occiput acuminatum, verum si ad lineam cruciatam, cui tentorium cerebelli adnectitur, attendimus, hoc conceptaculum exiguum est, et lobi posteriores cerebri multum ultra cerebellum prominuerunt. Foramen magnum ossis occipitis amplum admodum est in margine posteriore, et fere rotundum. Vestigia musculorum Temporalium ampla et oblonga, ad $\frac{3}{4}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri adscendunt. Suturae omnes leviter sunt notatae. Facies est complanata, ejus ossa sunt tenuia; sinus frontales vix prominent. Ossa nasi, in extremis diffracta, leviter tantum in radice sunt excavata;

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 38. N°. DLII.

(†) Ibidem. N°. DLI.

apertura nasi est angusta. Orbitae oblongo-quadrangulares. Vertices ossium maxillarium superiorum valde sunt excavati, adeo ut margines inferiores orbitarum extenuati multum adscendant. Fissurae orbitales posteriores ab inferiore amplae, rotundatae, sursum valde angustantur. Fossae malares potius complanatae, quam excavatae. Ossa jugalia respectu reliquorum ossium sunt robusta et plana. Palatum non valde fornicatum. Fossae pterygoideae, licet externae lamellae parum sint disruptae, angustae deprehenduntur.

Longitudo cranii absque maxilla inferiore ad altitudinem.	= 0.135=0.135.
Altitudo cranii ad latitudinem.	= 0.135=0.134.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.178.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.353.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.119.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.131.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.088.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.193.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.032.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.029.
Diameter transversalis orbitarum.	0.036.
Latitudo inter orbitas.	0.021.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.118.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.57.
Angulus faciei P. Camperi.	72°.



CRANIUM INCOLAE INSULAE TENERIFFAE,

GOUANCHE DICTI.

G. Sandifort. del. — Dr. Veelwaard. sculp.

CRANIUM TURCAE.

Cranium Turcae, ex urbe *Belgrado*, adultae aetatis, valde ponderosum (*). Conceptaculum cerebri est globosum, latum; facies oblonga; occiput est complanatum, latumque. Cerebelli conceptaculum amplum, a latere dextro magis evolutum quam a sinistro, unde condyli ossis occipitis non in eodem plano horizontali sunt positi, sed sinister intropressus conspicitur. Crista occipitalis externa, et lineae arcuatae pro insertione musculorum dorsi et cervicis satis sunt notabiles. Processus mammillares bene evoluti. Meatus auditorii angusti. Foramen magnum ossis occipitis angustum, oblongum. Tempora sunt convexa. Vestigia musculorum Temporalium semi-circularia, adscendunt ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum. Sinus frontales quam maxime evoluti, singulari ratione prominent supra ossa nasi. Orbitarum margines sunt inaequabiles; vertices ossium maxillarium superiorum sunt excavati pone margines inferiores, valde adscendentes. Fissurae orbitales sunt latae. Nasus prominet, in radice parum est excavatus, in extremo incurvatus; apertura nasi angusta. Sustentacula ossium jugalium tenuia; fossae malares excavatae. Processus alveolaris contractus. Palatum valde fornicatum. Fossae pterygoideae satis amplae. Maxilla inferior tenuis; mentum prominens; latera complanata; processus coronoideus incurvatus; vestigia musculorum vix notata. Ex dentibus molaribus proprie dictis ultimi supersunt, deletis reliquorum alveolis.

Alterum cranium ex eadem collectione (†), hominis est adultioris, in quo omnes alveoli fere toti quanti perierunt, ejusque maxilla inferior desideratur. Forma totius cranii magis est globosa, imprimis cum occiput valde est complanatum, atque tempora valde sunt convexa. Latitudo conceptaculi cerebelli est insignis; longitudo vero minor quam in precedenti. Licet aetatis valde adultae videatur omnes tamen suturae, quam maxime perfectae, supersnnt. Sinus frontales etiam bene evoluti simili ratione se habent, respectu ossium nasi, quam in altero cranio.

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 37. N°. DXLV.

(†) Ibidem N°. DXLVII.

CRANIUM TURCAE.

	In cranio primo.	*In cranio altero absque max. inf.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem.	= 0.183=0.195.	
Altitudo totius cranii ad latitudinem.	= 0.195=0.148.	
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.180.	0.174.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.377.	0.383.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.134.	0.139.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis. . .	0.148.	0.156.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.107.	0.101.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.183.	0.192.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.030.	0.036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.025.	0.029.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.030.	0.031.
Diameter transversalis orbitarum.	0 035.	0.037.
Latitudo inter orbitas.	0.029.	0.022.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.131.	0.134.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.057.	0.056.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.031.	
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.061.	
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0,091.	
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.115.	
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.099.	
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	143°.	
Angulus posterior maxillae inferioris.	117°.	
Angulus faciei P. Camperi.	76°.	76°.





CRANIUM TURCAE.

J. Sandifort. del.

D.t Veelwaard. sculp.

CRANIUM AETHIOPIS.

Cranium viri 26 annorum, in regione Africae *Dar-four* dicta nati, a chirurgo militari Mornaec dono datum S. J. Brugmans V. Cl. (*), in vertice cicatricem offert laesionis tabulae externae ossis verticis sinistri lateris. Conceptaculum cerebri ovalis est formae. Tempora valde sunt complanata; fossae temporales profundae et planae. Vestigia musculorum Temporalium valde notata, adscendunt ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum Zygomaticorum. Processus mammillares non robusti, in plano dimidiae partis posterioris condylorum ossis occipitis positi sunt. Occiput globosum. Conceptaculum cerebelli non valde evolutum, in basi complanatum; foramen magnum ossis occipitis est magnum, oblongum. Sinus frontales vix sunt evoluti. Nasus est complanatus, ejus ossicula oblongo-quadrangularia, plana sunt. Apertura narium ampla est, margines ab inferiore et in lateribus rotundati, in valde prominentem processum alveolarem excurrunt; spina nasalis parum elevata, non prominet. Orbitae oblongo-quadrangulares; fissurae orbitales posteriores parvae, atque angustae; fissurae inferiores amplissimae. Fossae malares angustae. Processus alveolaris elongatus, robustus, admodum prominens. Dentes fortes; incisores valde spatulati. Palatum amplum, bene fornicatum. Fossae pterygoideae mediocres. In maxilla inferiore processus alveolaris valde prominet, mentum retrorsum tendit, in partibus lateralibus anguli posteriores obtusi, parum extrorsum sunt incurvati. Vestigia insertionis musculorum Masseterum non valde sunt notata.

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 37. N°. DLIII.

CRANIUM AETHIOPIS.

Longitudo totius cranii ad altitudinem	= 0.197=0.187.
Altitudo totius cranii ad latitudinem.	= 0.187=0.128.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.176.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.355.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.132.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.127.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.090.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.206.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.036.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.028.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.035.
Diameter transversalis orbitarum.	0.039.
Latitudo inter orbitas.	0.027.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.127.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.068.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.035.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.059.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.090.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris	0.115.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.110.
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	127°.
Angulus posterior maxillae inferioris.	129°.
Angulus faciei P. Camperi.	70°.





CRANIUM AETHIOPIS.

CRANIUM JAVANENSIS.

Cranium hominis adulti, mediae aetatis, in insula Java nati, solito ponderosius, a Viro Doct. J. Peitsel, Med. Doct. S. J. Brugmans Viro Cl. dono datum (*). Conceptaculum cerebri est globosum, adscendit frons in verticem elevatum, occiput complanatum est. Vestigia musculorum Temporalium sunt insignis amplitudinis, atque alte admodum adscendunt. Tubera parietalia satis prominent, tempora non sunt compressa, sed in parte squamosa convexa. Fossae temporales non valde excavatae, licet frontis os ab utroque latere vestigiis musculorum temporalium sit compressum. Processus mammillares acuminati ex ampla basi descendunt, eorumque anterior superficies convenit cum media parte condylorum ossis occipitis. Meatus auditorius est angustus. Conceptaculum cerebelli exiguum, tamen latum respectu altitudinis, ab exteriore vestigia musculorum cervicis et dorsi distincte monstrat. Foramen magnum ossis occipitis amplum, oblongum. Facies quadrangularis, robusta ossa exhibet. Orbitae quadrangulares, marginibus crassis cinctae. Fissurae orbitales posteriores angustae, et non alte adscendentes. Vertices ossium maxillarium leviter a priore excavati, satis alte a posteriore adscendunt. Nasus latus; ossa nasi juxta totam longitudinem excavata, neque complanata; nasi apertura ab inferiore satis ampla, a superiore angustata, cum marginibus inferioribus exsectis in processum alveolarem, antrorsum prominentem excurrit; spina vero nasalis est acuta. Dentes non valde magni, incisores satis perpendiculariter positi, eorumque radices per parietem tenuem alveolorum prominentes, inaequabilem totum processum alveolarem reddunt. Sustentacula jugalia ossium maxillarium lata, atque robusta, sustinent ossa jugalia robustissima. Palatum amplissimum, profunde fornicatum. Pterygoideae fossae non amplae. Maxilla inferior infra processum prominentem alveolarem eminentiam mentalem quadrangularem offert; anguli posteriores maxillae extrorsum incurvati, valde obtusi sunt. Processus coronoidei sunt parvi.

Alterum cranium, ex eadem collectione (†), faeminae est adultae a Viro Doctissimo van der Steegh dono datum, in forma satis bene conveniens cum praecedente, licet ossa paulo sint tenuiora. Occiput tamen magis est compressum; conceptaculum cerebelli paulo latius, ejusque excavationes pro lobis cerebelli extrorsum magis prominentes. Caeterae differentiae ex adjectis dimensionibus satis intelliguntur.

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 39. N°. DXCII.

(†) N°. DXCIV.

CRANIUM JAVANENSIS.

Tertium cranium ex eadem collectione, ab eodemque Viro dono datum (*) etiam est faeminae, et in omni parte adeo cum praecedente convenit, ut omnes dimensiones fere sint aequales; vertex solummodo paulo magis est elevatus, adeo ut cum primo capite conveniat.

Asservatur praeterea in Museo Anatomico aliud cranium Javani, cui O. Heurnius V. Cl. propria manu inscripsit. „Ex java, anno 1626 missum a „D. Justo Heurnio, fratre O. Heurnii." Hoc cranium, cujus maxilla inferior est deperdita cum delineatione nostra ab omni fere parte plane convenit.

(*) N°. DXCV.

	In cranio primo.	*In cranio altero*	*In cranio vetusto.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem. . . . . =	0.181 : 0.210.	0.185 : 0.195.	
Altitudo totius cranii ad latitudinem. . . . . =	0.210 : 0.136.	0.195 : 0.128.	
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.175.	0.171.	0.168.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.367.	0.365.	0.368.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.130.	0.127.	0.135.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis.	0.136.	0.142.	0.132.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis. .	0.093.	0.087.	0.099.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.207.	0.195.	0.197.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.034.	0.032.	0.034.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.025.	0.025.	0.029.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.035.	0.034.	0.034.
Diameter transversalis orbitarum.	0 035.	0.036.	0.036.
Latitudo inter orbitas.	0.027.	0.025.	0.025.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.136.	0.132.	0.136.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.070.	0.060.	0.070.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.033.	0.031	
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.064.	0 063.	
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.086.	0.081.	
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris. . .	0.118.	0.119.	
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.105.	0.097.	
Angulus anterior maxillae superioris cum maxillâ inferiore, sive angulus processus alveolaris maxillae superioris cum maxillâ inferiore.	140°.	141½°.	
Angulus posterior maxillae inferioris.	125½°.	118°.	
Angulus faciei P. Camperi.	73°.	71°.	71°.



C. Sandifort del.

J. Veelwaard. Sculps.

CRANIUM JAVANENSIS.

CRANIUM JUDAEI.

Cranium viri adulti, gentis Israëliticae, Amstelodamo nati, mediae aetatis, valde ponderosum (*). A latere spectatum conceptaculum cerebri ovalem exhibet formam. Facies est oblonga; frons est elevata; occiput fere globosum. Conceptaculum cerebelli non valde altum, sed latum. Vestigia musculorum dorsi et cervicis satis notata. Tempora convexa, prominentia. Fossae temporales non valde exsculptae. Vestigia musculorum Temporalium valde arcuata, adscendunt ad $\frac{2}{3}$ partes altitudinis conceptaculi cerebri supra radices processuum zygomaticorum. Processus mammillares nondum robusti, in eodem plano cum condylis ossis occipitis positi sunt. Foramen magnum ovale, amplum. Sinus frontales ampli, prominentes. Nasus acutus; ossa nasi in radice excavata, deorsum arcuata. Apertura nasi angusta, margines acuti. Orbitae quadrangulares, paulo latiores quam altae. Vertices ossium maxillarium pone margines orbitarum profunde excavati, hinc margines inferiores orbitarum acuti. Fissurae orbitales superiores amplissimae; inferiores angustae. Fossae malares valde excavatae, prominentibus ossibus jugalibus. Processus alveolaris maxillae superioris perpendicularis, inter dentes bicuspidatos priores compressus. Palatum retrorsum amplum, atque valde fornicatum. Fossae pterygoideae oblongae, angustae. Maxilla inferior spinam mentalem externam prominentem et latam monstrat; angulus posterior est obtusus; latera complanata, aequabilia, vix exhibent impressiones musculorum Masseterum. Processus coronoideus non magnus; incisura inter eundem atque condylum semilunaris.

Alterum cranium ejusdem nationis (†), ex eadem collectione, est juvenis, cujus dentes ultimi molares nondum adhuc sunt evoluti. Occiput minus globosum, sed magis prominens. Conceptaculum cerebelli minus evolutum. Tempora magis complanata. Vestigia omnium musculorum non valde notata. In omnibus partibus bene convenit cum praecedente cranio, imprimis si consideremus ex juniore aetate omnia ossa nondum ad plenam evolutionem pervenisse.

(*) *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat.* Vol. III. *descriptum a* G. Sandifort. *Lugd. Bat.* 1827. pag. 38. N°. DLVII.

(†) Ibidem. N°. DLVIII.

CRANIUM JUDAEI.

	In cranio primo.	*In cranio altero.*
Longitudo totius cranii ad altitudinem.	= 0.190=0.226.	0.190=0 190.
Altitudo totius cranii ad latitudinem.	= 0.226=0.148.	0.190=0.130.
Diameter longitudinalis, sive distantia inter radicem nasi et partem maxime prominentem ossis occipitis.	0.192.	0.175.
Circumferentia juxta verticem, ductâ lineâ a radice nasi ad marginem posteriorem foraminis magni.	0.396.	0.347.
Diameter perpendicularis, sive distantia inter anteriorem marginem foraminis magni et verticem.	0.132.	0.133.
Diameter transversalis major, sive distantia inter tubera ossium verticis. . .	0.144.	0.133.
Diameter transversalis minor, sive anterior, seu distantia inter fossas temporales, mox pone processus orbitales ossis frontis.	0.105.	0.095.
Diameter longitudinalis conceptaculi cerebri et faciei, sive distantia inter anteriorem partem processus alveolaris dentium incisorum maxillae superioris, et maxime prominentem partem ossis occipitis.	0.204.	0.199.
Diameter longitudinalis foraminis magni.	0.039.	0.033.
Diameter transversalis foraminis magni.	0.032.	0.030.
Diameter perpendicularis orbitarum.	0.035.	0.036.
Diameter transversalis orbitarum.	0 039.	0.038.
Latitudo inter orbitas.	0.030.	0.025.
Diameter transversalis inter prominentes partes processuum Zygomaticorum ossium temporum.	0.140.	0.130.
Latitudo processus alveolaris maxillae superioris.	0.070.	0.064.
Altitudo maxillae inferioris inter dentes incisores medios et marginem inferiorem.	0.035.	0.034.
Altitudo partis posterioris maxillae inferioris, sive linea a vertice condyli ad marginem inferiorem.	0.073.	0.061.
Linea recta ducta a symphysi mentali ad angulum posteriorem.	0.092.	0.088.
Distantia ab externâ superficie condyli maxillae inferioris unius lateris, ad externam superficiem condyli alterius lateris.	0.125.	0.118.
Distantia inter angulos posteriores maxillae inferioris.	0.106.	0.086.
Angulus posterior maxillae inferioris.	118½°.	117½°.
Angulus faciei P. CAMPERI.	74°.	72°.



J. Sandifort. Lith.

CRANIUM JUDAEI.

D.r Vrolwaard Sculp.